

Hippocrates Chymicus. 251

matura adstringentem tincturam.

Hem quid audio ; noua res !
quasi omne acetum cum ferro
limato non rubesceret ? Fabris
ferrareis id notissimum. In

mantissa Hermetica c paulo an-
te docet , quod crocus adstrin-
gens solâ reuerberatione , nullâ
aliâ re admistâ , exactissime præ-
parari potest ; Nunc vt aceto

fides adhibeatur, concedit vtrum-
que. Quid istud est aliud, quam
impertinenter & ignoranter nu-
gari ? imò docere, salis & ace-
ti contrarietates , & vtrumque
non cognosci.

c fol. 799.

Acetum
cum ferri
limatura
rubescit,
spiritus au-
tem vitrioli
coagularur
cum ea in
virrium.



Exitus acta probat.

CAPVT XXX. & Vltimum.

Sciendi desiderio pharmaco-
spæam Regiam à Reforma-
tore ingenti gloriolæ pruritu
conscriptam, multisque absur-
ditatibus repletam, evolui. Pro-

mittit Regibus, *sulphur vitrioli narcoticum*, sub titulo *lauda-*
a fol. 849. ni, a sed de hoc verè dici po-
 test: Rex euasit fati ope, &
 non vitrioli sulphure narcotico,
 qui nullibi in toto receptario-
 rum libro reperitur.

Sic etiam Reginis, promittit
 ludum præparatum, ad gene-
 randum lac, quem nunquam vi-
 dit aut agnouit; hinc vulgò in
 prouerbum cessit: *Mentiris*
ut Medicus. Hoc eius sulphur,
 illiusque ludus præparatus pa-
 triam non mutant, neque trans-
 mare currunt: Dulce illis nata-
 le solum; vbi nata sunt, in ce-
 rebro scilicet Reformatoris, ibi
 perpetuò hærent.

Sic habet in sumptuosissima
 Appendice Regiæ pharmaco-
 pœæ, cum splendido apparatu,
 scilicet: non lego Rege digna,
 in omnibus ferè compositioni-
 bus, nisi *Magisterium nostrum*
solubile: quæ vani ostentatio,
 ipsa Heraclito risum mouere de-
 beret; quod tamen nihil aliud,
 nisi

Hippocrates Chymicus. 253

nisi perlæ & coralli cum aceto
corrosi, vt cuilibet pharmaceu-
tices Tyroni satis notum est.

Iplius autem deridet, & cachin-
no excipit, *Scriptorum longa re-*

cepta, a. Sed quis vnquam vi-
dit aut legit longiora, quam in
appendice ad pharmacopœam

*a In Appen-
dice ad A-
nimaduer-
siones fol.*

Regiam? quis inconcinniora?

18.

exemplum sit compositum illud,
quod specioso titulo, *Pilula Re-*

gia, vocat, b, vbi sane opium,

b Fol. 123.

omnes effectus quos promittit,
solum edit: ad quid ergo au-
rum corrosum? cuius simplicis
nulla est cognatio cum opio, co-
lumna pilularum. De his canit
Homerus:

*Pharmaca mixta, salubria mul-
ta & noxia multa.*

Profectò congressiones sim-
plicium, ad ignari lubitum fa-
ctæ, Reges infatuant & exani-

mant, occasioque medendi a in

*a Hipp. 1.
Aph. 1.*

momento labilis, incertis conie-

cturis præterire facit. Vnicum
hoc addo: Receptarum combi-

natores, tanquam sortilegos,

consulo fugiendos & propellendos, qui in suis prodigijs compositionibus, de malis nostris negotiantur, & super vitam nostram mittunt sortes: Impossibile est, inquam, vel saltem admodum difficile, vt de sola vrtica ostendi, aliquid certi statuere posse, nisi solâ opinione & coniecturâ. Quotiescunque autem singulæ res intentum non habent, tunc nimirum compositione indigent, vt de potionibus vulnerarijs, deque tincturis & atramentis luculenter demonstraui; & adhuc vnico exemplo ostendam. Sint saluix succi p. ij, vitrioli martis p. j; hi ambo commisti, subito nigricant: Alkali enim occultum saluix, vitrioli acidum absorbet. Post horam acidum, quatenus minerale, superat debile alcali vegetabilis, & compositum viridescit: cui adde adhuc tres partes vitrioli, tunc non induit nigrum colorem, (vt ratio suadet) sed alcali absomit tunc, ac subtile

Unica materia non potest simul duas species habere: quod à nostris attendendum.

Hippocrates Chymicus. 255

saltem acidum & vitriolum in
ocram vertit ; sicut ei contingit,
quandò spiritus paulatim defi-
ciunt : verum , quò digredior ?
quandoquidem sciam ferendum
esse , quod mutari nequit.

Reformator tamen assiduè a a In Appen-
dice. fol 38.
huiusmodi composita cum sua-
uitate commendat : *felices sanè
essent Medici & agroti, inquit,
si similia medicamenta illis sup-
peterent , quæ verè REGIA
sunt , & tam exiguo pretio , ut
etiam in pauperum usus dispen-
sari , &c.*

Ad vos nunc me conuerto ,
ingenui Pharmacopœi , calcu-
lum saltem faciatis & iudicetis,
non quidem plurimorum inuti-
lium laborum & compositio-
num , quæ si omnes in promptu
esse deberent , vix tota Augusta-
norum Ciuitas eis capiendis suf-
ficeret ! sed saltem , pro huius
aceti distillatione ex ærugine,
corallia erodenda : ut si vasa,
instrumenta , artisque requisita,
cum tempore supputetis ; vbi-

nam reperitur pauper (vt ait)
huiusmodi sumptus faciens? Sin
verò exiguo prætio , hæc & si-
milia artificiata dispensabitis!

*Tunc labor in damno est crescitq;
mortalis egestas.*

Sed si crassis vanisque opi-
nionibus à Reformatore hinc
indè commissis , diutius immo-
rari vellem , numerus dicendo-
rum nimis cresceret ; quod ex
primo syrupo *a* manifestum fiet :
hic , vt & reliqui , fuère ab an-
tiquitate inuenti , vt cuique in-
diuiduo propinari possent , &
etiam ad promptitudinem , &
compendium officinæ: sed cum
perquam plurimi , odores præ-
fertim spicæ , ægrè concoquant,
& sine stomachi subuersione &
eruentione non perferant , imò
digestioni reluctantur , vt ap-
paret in cibis aromate conditis,
qui stomachi fermentum pessun-
dant : hinc simplicem cibum,
vt saluberrimum , laudarunt ve-
teres *b*. Hanc ob causam etiam
pro hoc syrupo , Absinthium

*a Syr. de
Absinthio
pharm. fol.
97.*

*b Homini
cibus vti-
lissimus
simplex: a-
ceruatio sa-
porum pesti-
fera. Plin.
lib. 11. c.
53. 5.*

Hippocrates Chymicus. 257

ponticum, vt minus odorum,
elegerunt, atque simul cum spi-
ca, in vino veteri coxerunt, vt
vnâ cum vini spiritu, (cui odor
facillimè associatur) penitus ab-
scederet: quod probat succi cy-
doniorum additio; nisi enim
hæc veterum intentio fuisset,
huius syrupi loco, in vsum vo-
cassent cydoniten & absynthi-
ten, vt videre est in Dioscori-
de *a*: remanens, cum saccharo
à cano situ defendebant, & in
syrupum inspissabant.

*a lib. 5.
cap. 49.*

Sic quoque diuersa vina, si-
mul mixta & potata, vt in con-
uiujs fieri solet, non solum Re-
ctori humano (quem suprâ cap.
15. in ore ventriculi sedentem
ex Hipp. *b* ostendi) magnum
laborem & molestiam adferunt,
pro eorum vnione; sed insuper
inebriant facillime *c*, & vt fu-
riosa, nonnumquam in delica-
tulis per vomitum reijciuntur:
cum vero earundem vuarum
succis, multiformes & varij per
fermentationem, conuiantur;

*b De huius-
moribus.*

*c Id etiam
obseruauit
Giou. Boc-
carius 7.
Novell. 2.
fabula.*

tunc ex diuersis rectoribus, fit vnicus salubris & stomachum non lædens potus: quemadmodum ex diuersis simplicibus, per fermentationem conuictis fit Theriaca, cui vnicus rector prædominatur: hinc ab Auicenna magnæ virtutis prædicatur, vt in præfatione notaui.

Absit quod nesciam rem ignotam in vsu proximi demonstratam carere calumniâ.

Cum autem instituti mei non sit hîc, vt dici solet, lapillum in littore maris ostendere, vbi numerum infinitum esse constat, præcipuè cum hoc scribendi genus, naturæ & genio repugnet: me tædet nugis diutiùs immorari, quapropter calamum iam repono.

Ecce rem; cum hac in scenam prodijt Reformator, priusquam Naturam in omni re similem agnouit.

In acido habitat specificus Receptor, qui informat alcali.

Nunc nostris, pro corollario, tria verba in aurem; acidum informat alcali. His, vetustissimæ medicinæ, & nouissimi salis viperini antiquissima fundamenta (si me intellexistis) absolutâ.

Hippocrates Chymicus. 259

concordantiâ , similitudine perpetuâ , & immutabili , ex naturæ decreto & Hippocrate meo , armonicâ & mechanica ratione , summâ necessitate , inter se convenire debere ostendi.

Hunc naturæ , & artis consensum , cùm olim fictus noster amicus , ab exemplis capere , neque percipere potuisset , insurgit , & instar canis rabiosi inuadit , mordet , calumniatur , seseque alijs longè anteponit , ut per totum eius scriptum apparet : sic quælibet avis , iuxta modulamen rostri sui cantat , secundum illud Terentij. *a* , *Ho-* *a* in adelf. act: 1. sc. 2.
mini imperito , nunquam quicquam iniustius , qui nisi quod ipse facit , nil rectum putat.

FINIS.